BERNARDUS CLARAEVALLENSIS. THEODORUS KERKERING DE MONASTERIO. IOHANNES DE SPIRA. MATTHAEUS DE CRACOVIA. IOHANNES GERSON. HENRICUS DE HASSIA. HUMBERTUS DE ROMANIS. HENRICUS DE COESVELDIA. NICOLAUS DE DINKELSBÜHL

Melk, 1. Drittel 15. Jh. Seite 115r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40614
Copyright: Melk, Benediktinerstift



ex dictamine rectissimo prime iustitie / Ius vero sic describitur / ius est facultas seu potestas propriqua / gens alicuius studium dictamine prime iustitie / Porro dictamen hoc lex dicit / quia lex est regula conformitate habens ad dictamen recte rationis / Dictamen vero rectitudo prime et iustitia queruntur in eo synonime / Quid dictum est in descriptione iuris / quia est facultas propriqua tri / preter illa que in potestatibus obedientiali queritur posunt cuilibet creature / quod dicitur posse per ut obedientiale ut loycale / sed in quale non dicit rem propriae habere ius ut legem / Quod non dicimus quia dignati ius habent ad beatitudinem etiam / nec quia stella ius seu facultatem habeat in tanta luce quanta refulget in sole / licet in potestatibus obedientiali creature ut absoluta dei possint hec omnia fieri // Cum ab hac amplissima iuris et legis acceptione / sicut utitur supra dictum aut hec sunt leges celi et terre / et alibi / pluries / fit descensus restrictio ad ea que creatura rationale respiciunt ut rationalis est / Fit subinde distinctio de iustitia / quia quedam est essencialis et primaria quibus predicta est / Alia est participata seu divinata et attributiue dicta / quia secundum illam / Iustitia est habitus ut tactus / iustus / conformis dine iustitie / eius deinde imitatiue per participationem / quo habitu inclinat habens eum facere ius / ut redde / sta quia ius est velut actus ut usus ut effectus ut titulus talis iustitie ¶ Iterum de iustitia sic accepta dicitur / quia quedam est iustitia originalis / quedam regum celestis ut ibi / per me reges regnant dei et iustitia eius / Et hec est duplex est / quedam glorie quedam gratie / Altera iterum est iustitia legalis / alia civilis / Alia distributiua / alia commutatiua / Et ita de religiosis acceptibus iustitie specialibus / Iustitia legalis est omnis virtus / sicut caritas tota lex est / Porro iustitie distributiue quidam principes indigne / et iniquiores in officiis rei publice et beneficiis ecclesie / Commutatiue autem quidam graciis illicitis usura et fraus in emptionibus / simonia et gratia in spiritualibus / de quibus non est hic dicendum per singula / Dicamus preter hoc de legum varietates quot modis iura variantur / sed in dictamina participate iustitie / Prima sunt quedam leges propriae diuine / quedam propriae naturales / quedam positiue ut humane quarum aliquae sunt canonice ut ecclesiastice / alie sunt civiles seu politice / Et pauce reperiuntur leges quia nimpte sunt ex participatione dimissarum / nota denominatur lex a predicante seu principaliori quia in ea reperitur // Cumque possumus / dicamus ultimus de speciebus quinque legum / Et quia lex dicitur a ligando / i. obligando / vel a legendo / i. dictando quid agendum sit / conformiter ad hanc obligationem seu dictamen recte rationis describimus / leges obligatorias / quia de consultorijs et punitiuis et si que sunt alie / similiter sebitur ex hijs cognitio ¶ Lex diuina obligatoria est signum veri / revelatum creature rationali / notificatum recte rationis diuine / volentis teneri seu ligari illa creatura